Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/298941

7

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JELTO ZACHARIAS TADEMA,

ex pago Makkum, Frisius.

A. D. XXV MAJI, A. MDCCCLX, HORA III.

HAGAE COMITIS,

APUD M. J. VISSER.

MDCCCLX.

THESES.

I.

Jure Justinianeo liberorum nuptiae per ratihabitionem patris non fiunt justae.

II.

Conjugi in civitate superstiti secundis nuptiis interdictum non est, si constet captivum vivere.

III.

Usufructuarius propter jus in re, quod habet, *detinet*; falluntur vero, qui propterea possessionem illi tribuunt.

IV.

Nulla pugna est inter l. 4 § 1 et l. 6 § 2 Dig. „de precario.“

V.

Jure Justinianeo valet regula: „dies interpellat pro homine.“

VI.

Quod in statutis personalibus communi consensu olim apud nos erat receptum, personae statum pendere ex statuto regionis, ad quam pertinet, eumque statum personam ubique comitari, hodierno etiam jure apud nos valet; neque obstat art. 9 legis, quae generalia continet juris placita.

VII.

Divortium in casibus, quos respicit art. 265 Cod. Civ., petendum per libellum supplicem.

VIII.

Adversus conjugem sententiâ judicis peregrini stante matrimonio condemnatum ad poenam quae infamiam irrogat, ex hac causa divortium peti non posse videtur.

IX.

Art. 845 § 2 Cod. Civ. abundat.

X.

Mortuo conductore operarum, operae heredibus sunt praestandae. Heredum tamen testationi (cf. art. 1638 C. C.)

fides habenda non est, sed res vel ex chartis domesticis vel aliunde probanda videtur.

XI.

Marito uxoris suae curatori (sec. art. 504 C. C.) non adjungendus curator honorarius

XII.

Art. 12 Cod. Merc. verbis „alle schulden" omnia intelliguntur societatis debita sive contracta fuerint ante, sive postquam socius commenditarius administrationi sese immiscuerit.

XIII.

Societates anonymae peregrinae sine consensu Regis nostri non habent personam standi in judiciis nostris.

XIV.

Minus recte Cons. Kist, Begins. v. Wisselregt p. 69, statuit: art. 120 Cod. Merc. exceptionem continere regulae in art. 1426 Cod. Civ. sancitae.

XV.

In foro civili omnino valet regula: jura litigantium sunt aequalia. Neque obstat huic regulae vulgare effatum: partes rei esse favorabiliores.

XVI.

Minime adsentiendum viro uni in paucis eruditissimo Adriano Kluit, Akademische redevoering over het misbruik van het algemeene Staatsregt, Leiden 1787 p. 17, exclamanti: 't Zijn waarachtige, ja allerwaarachtigste voorschriften van 't algemeene Staatsregt: *alle Oppermacht is oorspronkelijk uit de toestemming der Burgeren! alle Oppermacht spruit uit overeenkomst!* Uitmuntende stellingen! Waardig met gouden letteren in de harten van Vorsten en Burgeren te worden ingegrift! En och! of er nooit eenige Burgerlijke Maatschappij bestaan hadden of nog bestond, dan op zoodanige hechte grondbeginselen gebouwd.

XVII.

Non probanda est distinctio delictorum in publica et privata.

XVIII.

Uti maritus ipse adulter sec. art. 339 Cod. Poen. amittit facultatem denuntiandi conjugem (cf. 336 C. P.), ita vicissim uxor adultera eodem jure destituitur.

XIX.

Verbis „soustraction frauduleuse„ in art. 379 C. P. continetur omnis rei alienae ablatio inscio domino et in ejus detrimentum facta, licet adfuerit animus rem postea restituendi.

XX.

De libello supplice (memorie van suggestie), qui memoratur art. 124 Cod. Quaest. Crim. advocato non licet deliberare cum reo nisi coram commentariensi.

XXI.

Ex eo, quod judex advocatum, a reo rogatum sec. art. 124 Cod. Quaest. Crim. non designat, nascitur causa cassationis.

XXII.

Weelde is geen afwijking (ontaarding) van de natuur.

XXIII.

De rente behoort door geene wetten te worden beperkt.

XXIV.

De leer der staathuishoudkunde is den wetgever onmisbaar.

1912063